



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 23. S. Sabæ Initia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

dedit Euphemio, qui proinde eundem in Sæculum V.
Cœna Domini undecima Aprilis anno A.C. 491.
491. Imperatorem coronavit. Eodem
anno Euphemius Concilium Episcopo-
rum, qui tunc Constantinopoli versaban-
tur, convocavit, in quo Decreta Conci-
lii Calcedonensis confirmavit. Anasta-
sius Imperator Delatores urbe Constan-
tinopolitana ejecit, & ut precibus Mo-
nachorum ex Palæstina satisfaceret, Tri-
butum omnibus ordinibus maxime invi-
diosum, quod *Chrysargirum* dicebant,
abolevit, Legis illius tabulis publice com-
buri jussis. Quia Pacem se amare pro-
fitebatur, & novas molitiones præsertim
in Causa Religionis odiisse, nullius Eccle-
siæ statum mutavit. Singulis Episcopis
recipiendi, damnandive Concilium Cal-
cedonense plena libertas erat, quod ali-
qui recipiebant, alii anathematizabant,
alii quid hac super re sentirent non a-
periebant. Hæc autem dissimulatio non
modo concordiam non reduxit, sed dis-
sentientium numerum auxit, nam Ori-
entales nec cum Occidentalibus commu-
nicabant, nec inter se consentiebant.

§. XXIII.

S. Sabæ initia.

Primo Anastasi Imperantis anno Salu-
stius Patriarcha Jerosolymitanus *vita Cotet.*
S. Mon. Gr. ta.
Sabam Presbyterum ordinavit, *firmissi-* 3. p. 221.

Hist. Eccles. Tom. VII.

E mum

Sæculum V. A. C. 491. mum in Palæstina Fidei Catholicæ fulcrum. Ut vero clarius ordinationis humus adjuncta discamus, vitæ ejus principia repetenda sunt. Natus est anno 439. Theodosio juniore decimo septimo Consule. Patria fuit Mutalasca, obscurum Ditionis Cæsariensis in Cappadocia oppidum. Octennis vicinum Monasterium ingressus reliquos omnes ultra septuaginta Monachos humilitate, & obedientia superavit. Decennio ibi expleto annum subiit, ut Jerosolymam iret, & in Desertum illi Civitati proximum se conferret. Impetrata ab Abbe suo licentia, Jerosolymam peregrinatus est illo tempore, quo Juvenalis Patriarcha in illa Ecclesia sedebat, & sub finem Regni Marciani anno 457. Hyemem transegit in Monasterio S. Passarionis, cui tunc Abbas Elpidius præerat. S. Euthymii famam deinde secutus, eum adivit, sequè ipsius Moderamini commisit. Ille sanctus Vir arbitratus, Sabæ juventutem aptam non esse ad vitæ rigorem, quo Anachoretæ in Laura utebantur, eum ad Monasterium inferius misit, ut sub Institutione S. Theostisti esset. Cum Sabas magno corpore esset, & viribus valeret, tantum, quantum vix alii tres, præstabat, & utilissimus erat Monasterio.

Aliquando Monacho negotiorum causa Alexandriam eunti socium se dedit; in ea

ea Civitate a Patre, & Matre sua, qui ab Sæculum V.
 aliquot annis ibi Sedem elegerant, co- A. C. 491.
 gnitus est. Pater ejus Isaurorum cohori-
 ti præfectus persuadere cupiebat, ut sub
 ipso militaret; verum Sabas in Profes-
 sione suscepta fidelis perseveravit. In-
 instantibus Parentibus, ut saltem viginti
 aureos in itinere subsidium acciperet,
 tres non plures, ut eorum voluntati aliqua-
 tenus obediret, accepit, quos, ubi ad Mo-
 nasterium reversus est, in manus Abba-
 tis Theoctisti reddidit. Postquam an- *Vita S. Sabæ.*
 num ætatis numeravit trigesimum, eos-
 que in virtutis semita progressum judica-
 vit S. Euthymius, ut ei licentiam fecerit
 sine socio in specu habitandi, nempe per
 dies quinque hebdomatis ibi manendi.
 Die Dominica post Vespertas a Monaste-
 rio abibat, portans Palmarum ramos, la-
 boris Hebdomadalis materiam. His
 quinque diebus nihil omnino cibi capie-
 bat. Die Sabbati mane redibat ad Mo-
 nasterium, opus suum nempe quinqua-
 ginta canistros afferens. Annos quinque
 in hoc vitæ genere duravit. Eum S. Eu-
 thymius juvenem Senem appellare sole-
 bat, & singulis annis cum S. Domitiano
 socium adhibebat, cum in Desertum
Rouba se conferret, ubi a decima quarta
 Januarii usque ad Dominicam Palmarum
 in solitudine permanebant.

n. 10.

E 2

S. Eu-

Sæculum V. S. Euthymio defuncto, videns pristinum illius Monasterii rigorem remisisse,
 A. C. 491. in Desertum ad Orientem recessit, ubi
 n. 12. gravissima cum Dæmone subiit certamina,
 n. 15. na, semper Victor. Elapso quadriennio
 cœlitus ei revelatur, Sedem ipsi in Ca-
 verna torrentis Cedron esse figendam.
 p. 238. Id contigit tempore illo, quo Martyrius
 Anastasio Patriarchæ Jerosolymitano suc-
 cessit, & Zeno Imperator Basilisco e vi-
 vis sublato Regnum repetiit, seu anno
 n. 48. 50. 478. S. Sabas initio annos quinque in il-
 la caverna solus fuit; tum vero multi
 n. 16. ad eum confluxere Discipuli. Itaque an-
 nos natus quadraginta quinque, cœpit
 animarum curam gerere, omnesque, qui
 ad eum veniebant, suscipere. Brevi con-
 gregata est familia virorum septuaginta,
 quorum aliqui novorum Monasteriorum
 Fundatores extiterunt. In medio Tor-
 rentis exiguum Oratorium, & Altare
 consecratum extruxit, & si Presbyter ad
 eum divertisset, rogabat, ut Sanctum ibi
 offerret Sacrificium. Tanta quippe erat
 viri sancti humilitas, ut ipse ordinari non
 sustineret.

§. XXIV.

S. Sabæ Ordinatio.

n. 19. Cum S. Sabæ Discipulorum numerus
 p. 145. usque ad centum quinquaginta ex-
 crevisset, quidam falsi Fratres ipsius Re-
 gimini